

eos: num multo magis obtemperabimus patri Spirituum, & bibemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus. Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit justitiæ.

CAPUT XLV.

CONSOLATIONES DIVINAS IN afflictione operari patientiam.

Jacob. I. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.*

*Nullus
Christi-
anus sine
cruce.*

Quemadmodum DEUS corporis medicinas in Natura: ita animi pharmaca in Verbo suo deposuit: nec quicquam est oportuni⁹, quam quia humana natura in hac lachrymarum & miseriarum valle perpetuis ærumnis est obnoxia, certa quædam capita ex verbo Dei decerpere, unde velut mitigantia, paregorica & anodyna medicamenta depromamus, cum usus fuerit